BENEDICTUS DE NURSIA

Nordfrankreich (Paris), 14. Jh. Seite 6r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ea teneri decernet a quoquam. Nullus in monasterio pro-
prii cordis sequatur voluntatem. neque presumat quisquam cum
abbate suo proterve contendere. Quod si presumpserit re-
gulari discipline subiaceat. Ipse tamen abbas cum ti-
more dei et observatione regule omnia faciat sciens
se omnibus iudiciis suis equissimo iudici deo rationem
redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in mona-
sterii utilitatibus. Seniorum tantum utatur consilio. sicut scrip-
tum est. Omnia fac cum consilio. et post factum non peniteberis

In primis Que sunt instrumenta bonorum operum. v.

dominum deum diligere. ex toto corde. ex tota anima. tota vir-
tute. deinde proximum tamquam se ipsum. Deinde non occidere
non adulterare. non furtum facere. non concupiscere. non
falsum testimonium dicere. honorare omnes homines
et quod sibi quis non vult fieri alii non faciat. Ab-
negare semetipsum sibi ut sequatur Christum. Corpus cas-
tigare. Delicias non amplecti. Ieiunium amare. Pau-
peres recreare. nudum vestire. Infirmum visitare. Mor-
tuum sepelire. In tribulatione subvenire. dolentem con-
solari. A seculi actibus se facere alienum. Nichil amori Christi
preponere. Iram non perficere. Iracundie tempus non reservare
Dolum in corde non tenere. Pacem falsam non dare. Ca-
ritatem non derelinquere. Non iurare ne forte periuret. Veri-
tatem ex corde et ore proferre. Malum pro malo non reddere.
Iniuriam non facere sed et factam patienter sufferre. In-
imicos diligere. maledicentes se non remaledicere
sed magis benedicere. Persecutionem pro iusticia sustinere.
Non esse superbum. non vinolentum. non multum